



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij  
Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

Pars Tertia. Tertio, de hedera, ac Ionæ gaudio & afflictione, propter eam  
cito natam & cito arcfactam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

FRANC. LAMB. IN IONAM.

Autem, non irascebatur, nisi quia fuerant Dei misericordiam consecuti, quam illis à Deo omni solicitudine precarri debuerat, profecto male iratus fuit. At quisquis male irascitur, peccat: qui autem bene irascitur, rem Deo acceptam facit. Hinc Psa. 4. præcipitur irascimini, & nolite peccare. Sic bene iratus fuit Dominus, cum factum est suniculus flagello, è templo pepulit, uidentes & ementes. Male autem irascebantur iudei, in Christum, Stephanum, apostolos, & alios sanctos.

P A R S T E R T I A.

Egressus est Jonas de cœitate, & sedet contra orientem ciuitatis, et fecit sibi ipsi umbra culum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec uideret quid adcederet ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus est Jonas super hedera, letitia magna. Et parauit Deus uermem, ascensu dilticu*li* in crastinum, & percussit hedera, & exaruit. Et cum ortus fuisset Sol, præcepit Deus uento calido & urenti, & percussit Sol super caput Ionæ, & estuabat. Et petivit animæ

**COMMENTAR. CAPUT IIII. 12.**

animę suę, ut moreretur.. Et dixit: Melius est mihi mori quam uiuere.

**A**dserunt nonnulli, Ionam à ciuitate egressum, & sedisse contra orientem ciuitatis in umbraculo, ut uideret quid adcederet ciuitati, priusquam, sicut à capitib initio uidimus, adfligeretur & irasceretur, quod ego puto. Mox autem ut uidit, quod post dies quadraginta Ninive subuersa minime fuit, adfligebatur & irascebatur uehementer. Tum Dominus increpauit eum, dicens: Pu'āne, bene irasceris tu. Et non legitur Domino respondisse.

Cæterū cū opiretur qd adcederet ciuitati, dominus præparauerat illi hedram, simul et protegens seruum suum, & decernens ex illius arefactione, futura, Prophetæ ar- guere ipsaientiam. In præparatione hederae, egit optimi patris & prouisoris officium, uerem maximam, & tanto prouisore dignam. Vide quanta sit illi cura de seruis eius. Si cupis nosse quid hedera fu: Vide Plinium naturalis historie libro. 15. capite. 34. Quidam putant cucurbitam esse, sed nihil minus est.

Porro Ionas uisa hedera, letatus est, letitia magna. Facilis admodum fuit huius Prophetæ natura. Mox tristis admodum: mox contra, letus uehementer. Sed Deus Opti- Maxi non clausit sue misericordie uiscera, in ele- ctum suum, quantumlibet uarium, & mutatum in horas.

Magnus

**F R A N C . L A M B . I N I O N A M .**

**M**agnus, & bonus es domine Deus, qui fragilibus & misericordiis non deditur uti, etiam in sacro sancto uerbi tui ministerio, quemadmodum in Iona est uidere, & ego peccator in me ipso experior.

**M**isit denique uermem, et percussit hederam, unde et exaruit: Simul quoque sole seruente, iussit Deus uento urenti & calido, quo factum fuit ut Ionas astuaret. Et qui prius nimium ad hederam pulchritudinem letabatur, ea affecta, in tam grauem deiectus fuit tristitiam, ut mori optaret & peteret.

**I**n eo quod legis, Dominum preparasse hederam, parasse uermem, praecepisse uento urenti, argumentum habes, quod omnia ipse operetur. Ad id nanque probandum, eiusmodi locutiones sunt efficacissimae.

**P A R S O V A R T A .**

**E**t dixit Dominus ad Ionom: Putasne, bene irasceris tu super hederam? Et dixit. Bene irasceror ego, usque ad mortem. Et dixit Dominus: Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret, quae sub una nocte nata est, & sub una nocte periret; & ego non parcum Niniue ciuitati magnae, in qua sunt plusquam centum viaginta milia hominum, qui nesciunt